Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



estatis et ad solem exiccatur
ne ex humiditate putrescat p
duos anos seruat vl per tres
Virtute habet leniendi mundi
ficandi et humectandi. Unde
valet con. neruos ex frigiditate
contractos et indignatos. ¶
Contra dolorem stomachi ex frigida
causa vel ex ventositate det
vinum decoctionis raditis eius
uel puluis radicis ¶ Contra
dolorem spualium ex frigida causa
vel ventositate det vinum de
coctionis eius Iuxta illud ¶
Enula campana reddit precor
dia sana ¶ Contra frigidam tussim
valet hoc modo. costum et cy
namomum puluerisent. confici
ant cum melle decoctionis enule
et detur. Succus etiam vel
vinum decoctionis eius idem facit
Sed puluis eius cum puluere
cinamomi etiam in delicatis soluit
ventrem et dolorem spualium Her
ba quoque ipsa tota cum foliis
si haberi pt decocta in vino
et oleo. et cathaplasmata y
liacam passionem et colicam et
etiam stranguriam soluit ¶ Con
frigidum asma decoquatur optime
ordeum et liquiricia simul et
fiat aqua spissa sicut ptisana
et cum illa aqua decoquatur
optime puluis raditis eius
et detur patienti. De. Epi
Epithimum calidum thimo
est et siccum in tercio gradu
Est autem herba precipue
in locis calidis crescens herba
autem ista connectitur circa thimum
et ei obuoluitur unde dicitur
epithimum quasi supra thimum cres
cens flos autem et non herba
in medicinis ponitur pro quo
ponitur in medicinis quoque cus
cute cum producit flores, pur

gat principaliter melancoliam, se
cundario flegma Nunquam per se
datur. Sed conuenienter ponitur in
medicinis purgantibus melancoliam
principaliter ¶ Con. quartanam fiat
decoctio in aqua sic. ℥ j. et. ʒ. ß.
epithimi fiat multa decoctio, et
in tali decoctione ponatur ℥ ij.
lapidis lazuli uel armenici ¶ et
digesta mane det patienti inde
multi liberantur ¶ Eadem decoctio
valet patientibus emorroydas
ex melancolico sanguine ¶ Contra
melancolicam passionem det vinum
decoctionis eius ¶ Con sincopi
factam ex fumositate melancolica
fiat syrupus ex aqua decoctionis
sene et epithimi. ¶ Con. car
diacam passionem bulliat epi
thimum in vino, et cum eodem det
puluis ossis de corde cerui et fo
lia eius ut dicit Constantinus
spleni cathaplasmata splenem
attenuant Eadem vero in vino
et oleo cocta et pectini catha
plasmata stranguriam soluunt.
Euforbium de euforbio.
calidum est et siccum in quarto
gradu Gummi est cuiusdam
arboris in India nascentis que in
estiuo tempore quandam gumositatem
emittit que circa arborem con
glutinata in subam euforbii
transit, quedam pars in terram
cadit et admixtionem terre habet
quod minutum est, non est bonum
quia terre habet admixtionem
Eligendum est quoque quod est
grossius clarum et purum et lu
cidum in suba in colore sub
ruffum uel citrinum, quod subal
bidum est abiciendum est. Per
x. annos seruatur. Minutum
quoque sophisticatur ex admixti
one dragaganti rubei, quod
in diebus canicularibus colligitur

¶ puluerisati et optime loti ¶